

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Jacob Fabricius

**Dissertatio Jacobi Fabricii ... de Nov-Antiquo Capitis Morbo Et Dolore. Cum Aliis  
Disquisitionib: Medicis, de difficilioribus nonnullis Materiis practicis, retrolapsis  
abhinc Annis in Academia Rostochiensi publicitus institutis**

Rostochi[i]: Hallervordius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729709434>

Druck    Freier  Zugang



P.U. med. 1638.

Jacob Fabricius



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn729709434/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729709434/phys_0002)



DISSERTATIO  
JACOBI FABRICII

Med. D. Celeberrimi, Serenissimi Daniæ Nor-  
wegiaæ, &c. Regis Personæ Medici, Ecclesiæ Cathedralis  
Arrhusiensis Prælati, Universitatis Rostochiensis  
Architatri & Profess. Ordinarii, nec non  
Facultatis Medicæ Senioris

DE  
NOV-ANTIQUO  
CAPITIS MORBO  
ET DOLORE.

Cum,

*ALIIS DISQUISITIONIB: MEDICIS,  
de difficilioribus nonnullis Materiis practicis,  
retrolapsis abhinc Annū in Academia Rostochiensi  
publicitus institutū.*

ROSTOCHI  
Apud Johannem Hallervordium, Bibliop. Rost.  
1638.

46

R U med 1638.

Dissertatio  
JACOBI FABRICII  
Novantico  
CAPITIS MORBO  
ET DOLORE

AD ILLAS QUONIAM OMNIBUS MEDICIS  
Quibusdam medicis quibusdam medicis  
Quibusdam medicis quibusdam medicis  
Quibusdam medicis quibusdam medicis

1888  
A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V  
W  
X  
Y  
Z

115. 428

DE  
NOV-ANTIQUO CA-  
PITIS DOLORE.

DISSERTATIO I.

**P**er vagatus est preteritis mensibus non solum Megapolim nostram, vicinasq; provincias, sed universam pene Germaniam, novas quidam, ut vulgus loquebatur, capitū hostiū, ac prætianū exercitus instar, nullo habito discriminē atatum, sexus, sortiū ve hominū, quamplurimos misere adfixit; à quo quia nos metipīs immunes esse non possumus, ejus historiam, essentiam nimirum, causas, signa, effecta, accidentia, in gratiam studiorum generatim describere, ac publicā disputatione examinare, opera preciam judicavimus.

2. Ne verò ociosa se fianto magū necessaria, quaque ad rem faciāt, negligamus, comitis placuit negotium ipsum aggredi, exordium sumentes ab illā morborum distinctione, que huic instituto nostro conveniat, ne sub quonam genere refractariorum hoc malum comprehendatur, prius innotescat, deinde tanto commodius ad ejus indolem investigandam accedere, demumq; summo & triuno propitio Deo illius curam breviter subnectere queamus.

3. Morbi sunt vel communes τάγματιον καὶ ταῦτα οἱ Græci dicit, vel ἀρρεγόδες seu privati & dispersi. Hi in diversis hominibus dispari specie paſſim & sparsim grassantur, ac unumquemque privatim, non universam plebem infestare, ac quovis anni tempore, nunc hos, modò illos adfligere solent; quo referuntur pleuritides, perspneumonia, phthisis, nephritis, & id genus alii morbi. Illi universales etiam dicuntur, quod absque delectu universum quasi genus humanum invadunt.

4. Sicuti vero sporadicū ab unicuiusque vicio, & errore quotidiano circavictum commissō procedunt, atque ex communī causā originem neutidem ducent: ita contra τάγματα οἱ, quā simul & semel multos præbendit, communes obtinent causas, easq; huic vel illi religioni nativas, proprias ac perennes, quarum alia ad virtutē rationē, aliae ad aetū viciū, quembarum, in quo versamur, qui corpora circumdat, eademq; per continuam

respirationem adtractus intrat, perque arterias receptus etiam minutissimas  
permeat particulas, pertinent; ut & hinc variae horum exsurgent differen-  
tiae: Sunt autem vel *cordynios* vel *Tridynios*.

5. Endemii nobis ordinarii, patrii, connutriti, vernaculique dicun-  
tur, & quavù anni tempestate eandem regionem aut locum infestant, ac sine  
ullâ intermissione illius incolas adfligunt: unde & *Διαχώροντα* regio-  
nationes & locales dicuntur, de quibus Hippocr. nosfer in lib. de aere, aqua  
& locis egit: Ita patria est Pthensis Lusitanus; Bronchocèle Styria aspera in-  
habitantibus; Mediolanensisbus podagra; Epilepsia Florentina; Marus Bal-  
ticus; Finni & Bothnici sinus accolus, iù quo qui Germanico Oceano adja-  
cent Saxonibus, Frisia, Batavus, totique Scania, que Danos, Norwegos, Sue-  
cos comprehendit, Scorbutus.

6. Horum causa tam in errata circa victimum, quam in aere ex causis  
inferioribz, è specubus, barathru, paludibz corruptu refertur: quilibet enig-  
loco dicuntur proprii, congeniti & peculiares; adjacentibus nihil secus pro-  
vinciù nonnunquam communicantur, quos tamen non parve blementia tor-  
quent, atque sua regiona incolas: quippe aer istic purior ac sincerior corruga-  
tioni non parum adversatur, & continuo motu ac agitatione perpurgatus,  
sapè malignitatè concepta semina vel plane excutit, vel & languefacit.

7. Epidemii non semper continuoque, sed per intervalla aliquibus anni  
temporibus exorti, jam has, jam illâ in regione morantur, tandemque desin-  
nunt, & inducias potius, quam firmam perpetuamque pacem mortalibus &  
gru concedunt; vulgares & populares dicti, quo & vulgo & populo quam ma-  
xime sint infesti. Horum ali perniciissimi, qui proprie pestilentes dicun-  
tur, plurimos occidunt; alii mitiores paulò, neque tantâ malignitate pre-  
dicti, in quibus salutis spes & evasionu non pro rorsu praesisa est, ideoque simpli-  
citer *Tridynios* appellantur: illi vero *nguynios* & pestis denominatio-  
nem acceperunt.

8. *Tridynios* simplicium causa sunt in cibi potu vè culpâ, licet hoc  
non sit perpetuum: cuius ordinis censentur quedam febres, alvi profluvia, a-  
liaqz id genus valetudinu incommoda, ex aqua stagnantiū communiore potu  
profecta, in qua quidem sunt vel fuerint retiri odorū, aut etiam venenatarum  
stirpium, coriorum, cadaverum, aliarumque sordium computrescentium in-  
quinamenta macerata: semipastridorum, item leguminum, fructuum im-  
maturorum ac puerentium, glandium, bulborum, aliarumque radicum plane  
zgrouxum vesci.

9. Aet

9. Aër etiam à superioribus immutatus ex interruptâ vel potius perturbat à temporum anni mutuâ vicissitudine, unde & humores ac spiritus, & universum quoq; corpus simul adfici consentaneum est, epidemias simpliciter dictos, seu minus perniciosos parit: cuius generū sunt lienteria, dysenteria populares, sanguinū eruptiones, tusses, ophthalmitia, pleuritides, artuum dolores, febres omnes putridæ, aliiq; similes morbi ab Hippocr. in Epidem. & l. 3. apboris, commemorati. Ejudem verò corruptio ex cœlestib; influxibus, non tantum quoad qualitates, verum etiam juxta substantiam, Epidemias pestilentes generat, qui quia à cœlesti origine proficiscuntur, longe plurimū communicantur, & ob aerū substantia corruptionem atrocissimi, atq; omnium morborum infestissimi humano generi redduntur, plurimosq; nec tradunt, quorum aliq; graviores, aliq; mitiores, aliq; consueti, aliq; insolentes. Consueti pestilentes morbi sunt carbunculus, bubo pestilens, ejusq; graviores: In levioribus consuetū sunt exanthemata & Erythmata, seu variola & morbilli. Insolentes sunt paraplegia illa, omni memoria priuinaudita, quam i. Epidem. in Thasos accidisse scribit Hippocrates; stupenda etiam illa insania species Chorea D. Viti dicta &c.

10. Ad communes morbos & quidem Epidemiorum simplicium classem, nostrum, quem impräsentiarum describere sat agimus, referimus morbum, quod in pluribus regionibus insolens, multos eodem tempore adortus fuerit, proxumè accedens ad malignam agriculinem; & quamvū paucos occiderit, plurimostamen mutuâ consuetudine vitaq; societate contaminavit, febre putridâ, eaq; variâ, nec unius generū in omnibus, simul eum consequente: à qua quis sanabatur, sedato etiam capitū dolore, aliiq; gravioribus symptomatū, nibilominus aliquandis valetudinariis permanerunt, deq; stomachi, intestinorumq; & hypochondriorum inflatione, renum dolore, dysuria, ejusq; farina aliis imbecillitatibus conquesti fuerunt. Neg; tamen plane novus fuit, sed & Hippocratū ayo per Graciām paſsim sauiit; etq; sollempne ob mutatam viatu rationem, ac influxu ſiderum alteratam loci, aeris, aquarumq; naturam, & corporis hominum temperaturam, alios ex oleſcere & definere morbos: atq; exoletos veterum, denuo quoq; incrudescere ac innovari: cuius rei testem locupletissimum habemus ſenem nostrum hiftor. Epidem. i. inq; illa loca Interpretē Galenum comment. 1. artic. 35. itemq; com. 2. artic. 25. 33. 39.

11. Quandoquidem autem quemlibet morbum ad unum aliquod è tribus primū summūq; generib; reduci neceſsum est, ſitq; animi nostri rerum

nevarum hoc loci nibil, ex Philosophia Paracelsi invehere, sed potius tritae vul-  
garesq; morborum differentias retinere, nos illum partium similiarum morbus  
accensimus, quia non motum, non sensum, non deniq; ullius instrumenti fun-  
ctionem, nisi forte r<sup>e</sup> Cupidens viciavit, sed calorem nativum, partium  
similiarum substantie, tanquam materie inhærentem oppugnavit, hæ-  
rumq; proinde actiones proprias primario ac per se labefactavit.

12. Unde vero ortum suum traxerit, quamvis in tot morborum cau-  
sis difficile sit divinare, adeoq; suam cuiq; sententiam liberam relinquamus:  
tamen non multum nos à vero aberraturos putamus, si eum partim aeris vi-  
cio, nec illo vernaculo, verum ad scitio, partim in nobis metisis, ex humo-  
rum impura illa pœcūta recipientium infectione progenitum dixerimus:  
bisce etenim calorem infusum nativumq; dissipari, quin saepè ad dissolutionem  
atq; interitum redigi nequidquam dubitamus.

13. Aestuofsum autem calorem, præterq; solitum calidissimum aer, cuī  
totam sferę astutem obnoxii viximus, per austrios flatus, humano corporis  
vim intulisse, idq; ad putridas febres disposuisse, quād facile inde colligitur,  
quod cor, viscus longe nobilissimum, cum refrigeriū pabuliq; necessarii gratiā  
ambientem aerem bauriret, ex ista insolita illius constitutione, inevitabilis  
necessitate, manifeste adfectum sit, caloremq; majorem suscepit; quin &  
totum corpus extrinsecus astu illo veluti circumfusum plus justo incaluisse, &  
consequenter spiritus ac humores præcipue infestasse, dubium nullum est; unde &  
bi velut coarctati, nimiumq; coerciti atq; impicti diffisi non potuerunt,  
adeoq; ardorem præternaturalem putridumq; sensim contraxerunt,  
qui calor i vitali adversus, per venas & arterias prompte ac celeriter in sin-  
gulas corporis sedes diffusus atq; transmissus fuit.

14. Hinc sensim sensimq;, accedente victu suoq; deq; inito, humorū ad  
ad putredinem maxime paratorum multiplicatio, meatuumq; corporis ad-  
strictio subsequuta fuit: inde aura seu balium putru & noxiis in ipsam cordis  
arcem subvolavit, eamq; lasit; imo & provariā illorum miscellā ac confusio-  
ne in venā, ratione in qua succipit principatum in corpore obtinentiā, &  
diversitatū loci, illum habentū, sive iste supra eparsit sive infra, tamq; in venis  
sphyli, velsanguinis perfecti, quād extra utrasq; varie & à se invicem mul-  
tum differentes, veluti à Protheo quodam febrium excitatae sunt ideae; quin  
& propterea factum non raro, ut multirēvalescere visi, quum tutasperarent  
omnia, adeoq; ad pristinas redire operas animo occuperant, protinus novo ex-  
orto tumultu, morboq; prater opinionem vires, readsumere, denuō non semel,  
sed iterum atq; iecrum prostrati, ac miserrime lacerinati fuerint. 15.

25. Hujus autem rei originem dependere verisimile est ex illo, quod cu[m] sanguin[u]m simplex non sit, sed ex plurium humorum mistione compositu[m] & sero multo perfusa, dum in eo acceditur putredo, hoc primò quidē illā succipportionem invadit, quae ad putrescendum magis parata est; ab hac deinde aliam ipsi permisam, qua minus quam illa viciosa sit: atq[ue] hoc modo sensim obrepens, nisi remediis impediatur, simul cum calore præter naturam angerur & invalescit, nec prius definit, quād partes omnes sanguinū putredini obnoxias viciasq[ue] depopulatas sit, cunctasq[ue] venas per vagata, quidquid in eū putreficeretur aptum erat, absumperit. Verum quia hæ corrupta sanguinū partes sapiq[ue] neq[ue] in loco eodem continentur, neq[ue] contigua sunt, neq[ue] eodē tempore putreficerentur incipiunt, sed una post aliam prout hac vel illa magis, minuve putredinali præterq[ue] naturali calor[i] resistit, binc novæ febres, interdū priore non plenè eradicata, exoriantur, qua propter viciosu[m] humoru[m] sedes diversa dissimilia excitant symptomata, ut aliu[m] in paroxysmo lumbi maxime exardeant, aliu[m] præcordia sit astig, flagrent, alios animi defectio, vel summa spirandi difficultas, & à catarro impendens suffocationu[m] metu molestet: alios capitū dolor, vigilie, deliria, ut partu[m] est natura, quam putredo invaserit, torqueat: Sapientia priore relicto, vel & edomito humore, putredo alio loco alia adorta fuit. Sinordinata febres dedit, ut post 9 colitas urinas, rursus crudiores viderimus.

26. Ex quib[us] tum externas causas, tum internas cui libet colligere licet: Eastamen, ut clariores flant, minutius explicare ad laborabimus. Et quidem aer quod attinet, ille magnam vim atq[ue] efficacitatem obtinet, dupli ratione, tum quod per cunctarera[m] meabilu[m] plurimos attingat, tum quod ejus incommoda vnu[m], ut cœterorum, facile declinemus. Quippe quoad vivimus, necessarij spiritum de cœlo ducimus, tam ad refrigerii necessitate, tam ad calorū nativū pabulum: constatq[ue] animu[m] sine spiritu & aere teneri conservariq[ue], nec eo animantem ullam ullo modo carere posse. Et quidem à naturali statu bisaria recedit aer: aut enim primu[m] qualitatib[us], iuq[ue] tum simplicib[us], tum compositu[m] immoderationē subit: aut etiam ipsa sui substatiā ex formā & materia simul junctū constitutā: hinc pestilentes morbi; de quib[us] alio tempore: Isti hinc praesertim si intemperies illiu[m] paulo diurnior fuerit, alterius generu[m], cuius & noster fuit, Epidemii inferuntur; namq[ue] ignea & torrida tempestatiū veleti proprium est, spiritus inflammare, sanguinem ac humores ardoribus extorrere, bilē augere & exacuere: unde morbi plurimi his acutis suscitantur.

27. Quod autem non omnes pariformiter abeo adfecti sint, explicuit Hippocrat. lib. de flatibus inquiens, differt corpus a corpore, natura a natura &

alimen-

lementum ab alimento: neq; enim cuius eadem sunt commoda aut incommoda, sed alia aliud convenient. Eos itaq; duntaxat, quibus est cum morborum seminibus que aliunde infecta aer in se excepit, analogia justaq; proportio, qua patiens redditur obnoxium receptioni qualitatibus transmissa, occupavit: ut merito optimoq; jure sanxerit Aristoteles 2. de anima, actiones eorum, quibus vi agendi efficiendis, aliquid inest, tum demum potenter agere, cum corpora ad patientem idonea inciderint.

18. Hinc vero externe causa, seu depravati aeris susceptioni, maxime omnium obnoxij fuere, quorum corpora debiliora, ut sunt, qui ex plethorâ aut cacochymia aliâve viscerum vel humorum impuritate, obstructions patiuntur & fatisunt: itemq; qui ex intemperantia, viciu ve depravata ratione, labore nimio, vigiliis, atq; ardore solis, aut si quo alio pacto peccatum fuit, virium imbecillitatem contraxerunt: Iste autem resistere posuere, qui bono corpori habitu, ing; diat à congrua, tempestivâ citrag; defatigationem habitu exercitiū, venere modicâ, animi perturbationibus limites constitutos non excedentibus, moderatè sese gessere, corpori qd; perspiratione evanescationi, intenti in eo se se continuerunt totos, ut quam maximum fieri poruerit, corpus ab omnibus viciosis succū tutum immaneq; redderent servarentq;.

19. Quis porrò humor præ cœterū dominium obtinuerit, proximumq; & immediatam hujus mali causam suppeditaris, nostro quidem judicio plane satū, ex qualitate caliditatu desumere licuit. Namque magis vaporosa ac minus molesta, ex sanguine nata fuit: qua verò molestia, rodentes atq; mordaces, utramq; bilem consequebantur; sicuti quum in primo tactu quoddam potius vaporosum quam acre se manu representabat, ac per moram paullatim mordacitas adveniebat, eaq; maxime inqualiū, adeò ut veluti per cribrum quoddam percolari videretur, expituita purredine ortum traxit. Cur autem in aliis febribus calor aequaliū, in hū qua expituit à oriuntur inqualiū sit, non nisi ex tenacitate atq; humorū crassitudine, qui difficulter dissolvitur, sit; siquidem primò ea pars omnū exspirat, que extenuata; vix verò extenuatur, quod valde crassum existit: nec dubium est, quin hac difficultas augeatur, humore naturā frigido.

20. Et licet Morbus noster jure suo inter acutos propter velocem sub initio adparentem motum, symptomatumq; vehementiam, ac tam presentium, quam imminentium periculorū metum numerari potuerit: simpliciter tamen & absolute talū neutiquam dicendū erit quod ut plurimū post primū quaternionē tardiori motu progrederet, intraq; diem quadragesimū rarissime judica-

judicaretur; quin potius in hanc paucum, ad sexagesimum, sive ocluagesimum, im  
centesimum vigesimum usque die se extenderet, tandemque vehementia illius fracta  
lentis magis coactionibus, quam subiectis insigne magnis mutationibus solveretur.

21. Ceterum quia, quas paulo ante diximus, causae, sive ita inter condun-  
tur, ut nec certi, nec sensu ullo percipi queant, consequens est, ut de signis ac sym-  
ptomatis hujus nostri affectus quibus solitamquam indecū intelligitur, dicamus,  
quorum quadam à sublimi aut aere, quadam in inferno atque ex terra petuntur, qua-  
la cum signorum sum causarum rationem obtinent. ad. qd. in precedentibus in-  
ter causas recitata leguntur. Præter vero illa, alia dantur maxime insignia,  
quibus praesentibus adesse morbum hunc, vel abesse deprehendi queat; ut spon-  
tanea laetitudo, quæ motrice functiones apertissime interturbantur, & ex inspe-  
rato sive vires deficiuntur, & ea quidem nullæ, quæ manifesta sit, præunte  
causæ, non evacuatione magnâ, non vigiliis diuturnis, non inediâ, aliōve, quo ho-  
guidus: non nunquam tamen, quod quis jure miretur, frequens, celer, idque ex in-  
equalitate & vario putredinis mora, raro sibi constans & equalis, oppressâ nimis  
alias, alias levata naturâ: molestæ pérennesq; vigilie, cum frequenti & irrequie-  
tâ corporis lactatione: quibusdam contra in somnum admiranda & inexpu-  
gnabilis propensio atque proclivitas: sive principi facultati superveniens deli-  
rium, aliaque perturbata motore mentis indicia: nausea seu cibi portionisq; fa-  
stidium, meracabilis eaq; crebravomitus; quin & propter insignem caloris pu-  
tredinalis vim, statuum perseverans molestia; urina retentio, interdum alvo  
occlusa interdum soluta, temporum pulsatio vehementis, capitû dolor indicibilis,  
aut ejus gravitas maxima, cum sensum interiorum non levi stupore. Color fa-  
ciei rubore tenui splendescens: urina ex toto cruda, vel obscure concocta, atque hoa  
maxime ab ipsâ statim mali origine: sunt quas male habuit tussis, sanguinet-  
jam & naribus ciliopappazia, vocis rauicitas, oscitatio, frequensque pandiculatio.

22. Hac vero omnia pro varia corporis conditione, vel singulari alienigenis  
humoris plurimumve putredine, aliter alios exercent: qua certè quidem ratione  
factum, ut raro duos viderimus isto morbo inquinatos symptomatis premi simi-  
libus: & nisi saltem plurima cum signa, quæ causo, quæq; intermittentis febre  
adscribuntur, comitata fuerint, licet illo mixtiora & hac vehementiora obtinue-  
rit, inter utramque velut medianam quandam sortitus videretur naturam: qui ave-  
ro caput porosissimum adfixit, quod aer ex illa corruptela qualitatem pravam ce-  
rebro contraxit, vulgus eum ab argentiore symptomate Neoxe Phalacriacum ad-  
pellavit, quod nomen & nos non inepte retinemus, pleniusq; explicando definitius  
quod sit, morbus epidemius ex humorum putredine, tum aeru, tum viciis virtu  
inducta exortus, pro individuorum, quæ occupavit, dissimilitudine continuam ha-  
bens febrem, eamq; vel quotidiana, vel tertianam, vel quartanam, cum intense

capitū preeunte dolore aliūq. accidentibas variā idēcā , tam presente morbo, quam illo ferē superato conspicuis, universo corpori, aut posterioribus ejus partibus vel membris noxam inferentibus.

23. His prælibatis, nunc ad prognosticā imus, quibus vel maximē Medici fama conservatur, & ab internacionis crimine vindicatur, sunt q̄z bona : si ēger morbum facilē sustinet, nulloq; constitutur incommodo : si mente constat, si bene se habet ad ea, quae offeruntur : si neq; somno, neq; vigilianimia opprimatur, noctu dormiens & vigil interdiu : si post somnum firmior evadit & levior : si non difficulter spirat : si deniq; manet appetentia, vel ab initio servata, vel & post cibi fastidium orta : si precordia dolorū expertia, parte dextrā sinistrāq; & qualiter mollia : si quod in urinā vel subsidit, vel in medio suspenditur, vel superiorū innatat sit album, leve & equale, quamvis prestabilius, si nubecula ad inum-  
mātū devoluta cernatur : si dejectio alvi mollis est, ac probè figurata, modiceq; citrina, neq; supra modum fætens, adsumtu cibis respondens, si atq; horis per se-  
cundam valetudinem consuetis : si ēger facile convertitur : si decubitus sit natu-  
ralis : si deniq; concoctio cito fieri incipit, cum pulsu constanter bono, ac ut sum-  
matim dicam, si principes virtutes, earumq; actiones forte maneat.

24. Quibus rite perceptis quivis ex facili, que mala, colligere potest, idq; contrariorum contraria vicissim indicantum lege: ne quid tamen non satu. ex-  
plicatum præterisse videamus, horum etiam quedam non gravatè subjiciemus. Rectissimē vero omnium prædicet, qui sep̄sim & si possibile, omni horā ēgo at-  
est: propter enim subitum morbus sive cause motum, & magnam, quam morbus,  
variāq; sustinet metamorphosu. judicium medici quantumvis docti & exper-  
ti, nisi cuncta animadventantur, plerumq; vacillat. Horsum spectant, que Hippo-  
pr̄c. & Galen. de crīsibus locupletissimē adnotarunt: estq; ex iis, que ex toto  
prævitate m̄p̄ se ferunt, præcipuum signum, pauca excernit, sive sanguis sit per  
nare, sive alvi recrementa, noxijsq; humores per ventrem, aut per os: idem &  
in sudoribus locum obtinet: sicut & ijs, que per uterum egeruntur: quippe ut  
Galen. 2. prorr. text. 67. pronunciavit, nihil eorum, que decretoria existunt,  
exiguè excerni convenient, sed que ita vacuantur, omnia duorum alterum su-  
beunt: vel quod non possint tolerari ob copiam, ideo à morbosis effunduntur  
paribus; vel imbecillitatem ostendunt naturę, que vult quidem superflua ex-  
pellere sed nequit. Urinæ etiam nigrae, tenues ac paucæ exitium minitantur:  
sic & extremoru. frigori, imprimis ubi interiora uris videntur, perniciosem  
quemadmodum & despere febris estu caput inflammante aphor. lib. 7. Malum,  
insuper ventrem in tumorem adstoli & flatibus distentum hos emittere non posse;  
sicut & urinari intencipi, vel crassam & fætentem absq; & Phœcia mingi, vel  
vesicam dolere durāq; esse.

25. Praeteris vero oneribus ad artis legem exactè prædicturo, duo veniunt  
ne.

necessariò consideranda, dictu quidem brevia, sed a su per magna. Ea sunt morbi magnitudo & agri vites: neq; enim benè prænoscere possumus, nisi horum singulorum quantitatem diligenter trutinemus. Proinde si vites adeo validæ sint, ut queant morbum superare de agri salute nequidquam dubitandum: sin invalidæ omnino morietur, nisi deos tis dord tñs μνχαν̄s succurrat, praterq; exceptatum auxilium porrigit. Quocirca non tantum morbi species, verum etiam illius magnitudo adverteenda erit; & ad facultatem agrotaricu diligentissime examinanda. In virium siquidem infirmitate, sepe optima quoq; signa, in acutis morbis suspecta habentur. Quovis autem anno, & quacunq; tempestate mala malum, bonum bona docente Hippocr. in clausula lib. prænotionum, significant.

26. Nunc dicendorum erdo ipsaq; orationis series postulare videtur rationem, quâ & morbus præsens curari, & si nondum adest, averiè queat. Quandoq; quidem vero utriusq; eadem pend ratio, nec ferè alia curandi quam præcavendi præsidia sint; tamen quia imminens malum arcere, ejusque vim intercipere præstans est, ac factu facilis, quam jam prementi auxilium querere, priore & ratione ipsa naturâ, loco, humano corpori impendens perniciei insidias vita-re adgrediemur, curandi methodum simul adjunctur. Quia autem omnî præcautio pender è cognitione cause, morbum efficientis, dabimus operam, ut suum cuiq; causæ congruis viribus remedium opponamus.

27. Aer itaq; primo querendus, aut certè procurandus arte, apertus, liber, salubris, omniq; inquinamento vacuus: dandaq; est opera, ut cedes privata pariter ac publicæ aeris nō sati perviae fenestrentur, ijsq; per frequentiores januas cœli ex parte salubriori spiramentum detur: flantes à meridionali mundi parte venti quacunq; ope excludantur, illisq; & fenestræ & januae occludantur: contra, qua orientem Solem vel septentrionem spectant pareant, ac quia ex inferioribus etiam, ex aquis nimis, terrave sublati balitibus hunc morbum exoriri diximus, non serotinus, non meridianus aer, neq; matutinus, nisi Phœbeis radiis prius collistratus, ac nocturno vapore, inquinamentoq; per purgatus, recipiatur. Et si aestuoso planè anni tempus est, haut abs re fuerit stillatiijs aquis fl. sambuci, Rosar. violarum, Nympbae adium solum parieres q; ceu rore quadam adstringere, vel & ipsas rosas, violas, Nympheam ramos salicis, ruborum summitates, vitiumq; pampinos quercus atq; populi frondes, vel similes, qua refrigerent stirpes humi consernere.

28. Cavenda deinde modis omnibus quæcunq; putredinem suapte naturâ accersere nata sunt; cuius generis recensentur sideratæ fruges & semiputria leguminæ: sunt & noxijs fructus omnes ante justam maturitatē collecti: volatiliū quoq; quadrupedū, pisciumve carnes ex diuturnâ repositione corruptæ improbantur, ut taceam alia multitudine innumerabilia, undecunq; & quocunq; tandem modo parentur, quibus vis maligna in humani corporis æconomiam corrivari induc. queat

quendam. Valde vero vice versa conferunt id genus alimenta, que humorum sedatio servore putredini obseruantur: quam ad rem vires non parvas obtinent permista cibis etiam saepe pecte acidula, qualia sicut limonum, malum, citrum, aurantium, oxalidum, succi. Ex solidioribus etiam ad coquendum facilia deligi oportere. Et dominus ratio. Et vulgo ipsa prescribit Natura.

29. Quod si ex vestitu, cuius adsueveris, nulla neque gravitas negatur, laesio sentitur, quin sanus degas. Et integra valetudine, in eo nec quidquam, vel certe quam minimum immutari, neque ad aliud vestitus genus transiri temerare debet. Sicut etiam diutius perseverenda inedia sitiva non est, quoniam utramque vires manifeste conveiletur et exsolvit: ita neque ciborum plus ingere convenit, quam vires ipsa desiderant, ac bona valetudo perfert. Potentia quod attinet, cerevisia bene collata et defecata primatum sibi apud nosistros facile vendicat: quin nec vinum praecautionis causa adversamur pro consuetudine bibentis. Et Naturarum diversitate magis minusve dilutum, ut quo vires aluntur, recreantur, roburque accipiunt: sive viente autem morbo, ejus usu plane interdicimus, ut pote docti, intritum etiam perduxisse, quem fabratum sperabamus hostem, a quo vexaci nonnulli denuo decumbere. Et Medici operam implorare coacti fuerunt.

30. Neque tamen sat est noxia carere, aut depellere etiam accedere oportet, qua sunt utilia; inter quae modica censetur, depositis prius stercoribus, exercitatio, ut est ambulatio, lenitus vectio, cuius et atque vita pars accommodata, aliud cavendo aerem nubilum, tantisper cunctando, dum Solis radiis ut cunctaque discutatur: Ita enim innatus nativusque excitatur et roboratur calor, viresque corporis omnes restituuntur, firmantur, membraque suum munis obwendis alacriora et expeditiora redduntur, unde concilio, distributio et nutritio felicitus: paulo autem vehementer exercitatio humores viciosos et ad putredinem paratos movet, nec tamen evincit, depellit aut immunit: ac proinde impuro corpori ut vitanda: ita etiam cibo jam concocto distributoque et alvo soluta sat adpropriata videtur, ut qua excrementorum vacuationem dissipationem plurimum adjuvet.

31. In somno insuper et vigilia mediocritas est servanda, ut ne quid deficit, aut redundet, sed horum quicquid est, id expediat, quadret, et prout deci solet, numeros omnes adimpleat. Sicut enim immoderior somnis spiritus offundit atque conturbat sensusque tum corporis, tum etiam mentis, corpore et ignavia debilitat, ac casibus lentibusque humoribus acervatim congesta hominem gravat: ita vigiliani nimis vires etiam dejiciunt, bilem adaugent, et accendent, innatoque calore dissipatio cruditatem pariunt, ac dum cibi potiusque concoctionem impediunt, ac bilem inflammant, serocioremque reddunt, phrenitidis, febrium, aliorumque acutorum morborum sunt procreatrixes.

32. Magnus etiam consensus datur corpori cum animo, adeo ut vix unquam

quam agrotent quorum in corpore sano mens sana est; quin & agro semper vel animo vel corpore sint, qui alterutram sui parte laborant. Igitur ira, maior, orarium, metus, graviores curae, domesticus tortor invidia, totumque animi perturbationum genus maximopere fugicendum est quod tum corporis succos concitent, & de natura sue statu deducant atque dimoveant: dum spiritibus aut incensis aut immodicè refrigeratis corpus quoque reliquum haud obscure adficiant.

33. Animi perturbationibus adnexa est libido & venerea cupiditas, quæ quid rarior, & utilior, est quæ ex Pythagore placitis nobile hoc pronunciatum: coitum demum utendum esse, quem quis se ipso infirmior fieri volet: quæ profectio sententia incorrupta voce benè judicantium laudem gloriamque meretur. Ejus enim immoderatio caloris innata spirituumque vitalium penuariam, quovis sanguini fluore modis omnibus nocentiorem, invehere conuevit. Similiter Balneorum usus moderatus esse debet, si quidem facile spiritus inflammant, humores calefaciunt & tenuant, atque dum ex his fuliginosos summis ex partibus dissipant, tenues vero & acres ex intimo ad autem evocant, crassos quod non diffundunt, tantavia movent, ut in partem languidam illapsi, eam in discrimine inflammationi adducant, respirationis frequentioris necessitatem invehunt & corpora impressioni externæ oportuniora faciunt.

34. Ista autem tot tantaque mala, si immincent, vel & adsint, & arcebunt, quæ se ab omni excrementorum genere quantum per natura vires licet vaenos custodierint, hoc est quæ majore mole corpus onerant, extenuando minuerint, atque ex multu crassi humoribus vasorum, atque adeo cutis ipsius meatuum obstrunctiones expedierint ad strictiones immodicas frigore aut alia quacunque ex causa contractas relaxarint. Quare quum primæ regionis impuritas suis signis prodit, aut venarum totiuse corporis cacochymia subest, aut plethora; hæc manus operæ imminuenda, illa medicamentis ex arte petitis se submovendam indicat.

35. Si qua igitur τανθρωπες aut succorum in venis viciorum redundantie signa aderunt & virium robur non refragetur, sitque præstò florens artas, haue inutile censemus, apertâ venâ phlebotomo, aut adhibitus cum sacrificatione cucurbitis, aut etiam admotis hirudinibus, sanguinis aliquid substrahere; ita enim natura molesto noxiiorum humorum pondere, quo veluti sarcinâ premebatur, deoneraata, sibi velut restituta & refocillata, sit alacrior expeditior, ad reliquum morbum edandum: alias vero vix unquam sanguinis missio proderit, quæ exquisitè doctæs. de sympt. causis Gale, est sententia: quippe noxiūm quiescens, seu consuetudine quadam nobis ita familiariter editur, ut corpus aut nullum aut certe minimum inde incommodum pescipiat.

36. Si verð humorum multitudine, vel crassitie, aut lentore gravetur Natura, viribus & gravis non contradicentibus, purgans medicamentum nequidquam obseruit, sed magnum adferet adjumentum, idque quod tuus & fructuoso exhibeat

beatū, interdum corporis ac humorū necessaria est preparatio: In his enim iuxta lib. i. aph. 22 si quid semicoctum duntaxat, crudum vire inest, id concoquendū p̄e preditis apparandum, imprimū ad bilem & pituitam ressificando, qualia sunt, que facultatem abstergendi, incidendi & parum aperiendi, infarctusque expediendi sortit a fuerunt; quibus præmisit, vel alternatim adhibitis, cathartica feliciter adjunguntur, nec ab immoderata effrenataq; humorum exagitatione ullus subingruet timor. Optimum verò erit in hoc, ut & alii ex repletione subortis morbis paullatim concoquere, ac digerere, paullatimq; evacuare, sic q; quod dici solet, curationem per etiæ ixegrotiv instituere, donec noxius humor prorsus eradicatus sit, vel & probâ exquisitâq; vietiis ratione, ac naturâ superatus.

37. Damnamus a. validiora ex maligniorum ordine medicamenta, præser-  
tim cruda ut Scammonium, Turpetum, Elaterium, & id genus alia, que vel ex-  
perientia ipsâ teste, præterquam quod vires supra modum labefactant, convellunt,  
atque demoluntur, ventriculo communis totius corporis famulo damnum hanc  
leve parant; ijsq; præferimus benigna primi ordinis appellata, ut mel aereum,  
quod mannam ex Arabum scholi mutuatâ voce vulgo nominant: Syr. ros. viola-  
rumque, aut ex Persicum florib. descript. Querc. Cremor seu Cristall. Tartari,  
uti & terra ejusdem foliata: Lactis item serum, maximeq; caprinum, in quo ma-  
cerata fuerint Fumaria, Borago, Buglossa, Acetosa, idque genus alia, quorum ope-  
materia in ventriculo, intestinis, & mesenterio venis, vel saltem in earum extre-  
mitatibus cōtentia, nisi venter sponi & suapte naturâ fluat, lenire sit, educi po-  
ret. Eorum tamen loco clysterium administracionem, ne ventris solutio laborio-  
sa fiat, eligi posse, & scimus, nec dissuademus.

38. Sin verò humorum vicum, ipsaq; ad eorum varia natura ex secun-  
dâ mediocriter purgantium classe opem desiderat, inde exacto judicio pro peccan-  
tū humoris specie alia aliù decernantur, ut sunt Rhabarb. Sena, Agaricum & re-  
liqua, quibus nec ipsum Antimonium & Mercurium adnumerare dubitamus, præ-  
sertim si chemicâ arte à fôrdibus & crassioribus fæcibus depurgata & soluta ma-  
gisque libera propinentur, ut tanto commodius tenaces valde, ac pertinacius in-  
haescentes humores educantur: Frustra tamen vehementiora adhibemus si be-  
nigniora curando malo sufficerint. Contra enim formicas & mures belligeran-  
ti Stilponis atq; Pygmai vires satis sunt: at cum leone aut apro & tolico certan-  
ti opus est Hectore à bastâ. Videant itaque nefastiarum mereantur, qui sine di-  
scrimine in levibus etiam morbus, immo sâpè in non agris corporibus Mercurialium  
& Antimonialium usâ non abstinent.

39. Purgato sati corpore, si non quiescat morbus, considerandū probè con-  
sideratis, ad ea, que serosos & inutile, qui subinde à febrili calore funduntur, hu-  
moreis ulterius per urinarios ductus evacuare queunt, ut sem. quatuor frigidæ,  
spr. acetos. &c. quibus calida, ut valentius, quod optamus, efficiant, veluti aq-  
de

decoctionis aut destillationis feniculi vel apij immiscemur; demum etiam iis usi-  
patis ad diaphoreticā transcurrentem, ut que in corporis ambitu relata sunt, exha-  
uent, quamvis & hū circa morbi initium, in corporibus rara extare; & tenuio-  
rum humorum molestiā, legitime ut interdum expedit, ut pote qualium auxilio  
putredinū vī bebetatur, retunditur, exq; adfecto corpore pellitur, ac vacuat, ut  
noxiam nullam, aut vix aliquam inferre queat; & experientia nobis monstra-  
vit, eos omnium celerimē ex hoc morbo emersisse, qui primis præsertim criticis  
diebus in sudores toto corpore profluentes proclives fuerunt: contra diutissimē  
decubuisse, quorum Naturā neq; per se, neq; medica nentis adjut & officium suum  
subierunt. Alexiteria autem dum spiritus vitales excitant & colligunt, dumq;  
vires languidas sarcint, ac prainde vita principio robur adflant simul etiam  
illud ad venenata materię expulsionem erigunt & opem ferunt non mediocrem:  
unde & hujus generis medicamenta credi par est nāpōdianae adpellata Medicis,  
quod, tanquam cordis familiaria, venena ipsa, viscus nobilissimum totius substantie  
divortio & avitit adēta oppugnantia & demoliantur & prorsus exterminet.  
In quibus tamē exhibendū certus modus esse debet, ut neq; mole copiāe ampliore  
animantis corpus gravius offendat, neq; præ exiguitate à venenis evincantur,  
que ambo inutilia sunt, nec consentanea.

40. Horum vero ipsorum alia simplicia sunt, alia composita; & ad usus expetun-  
tur ab animalibus, eorumq; partibus & excrementis, ut lapis Bezoar, cornu cerbinum  
maxime dextrum, ut quod Solino teste lebo ad medelam sit effacius, os ē corde cervi,  
& corde Alcis, quibus viribus proximum ebur in tenuissimam lobem redatum, Moschus  
item & Zibethum: à plantis insuper totis ut oxalide, trifolio acerojo, nymphaea, radi-  
cibus etiam, lignis, corticibus, foliis, floribus & seminibus, quibus adde succos, laurumas,  
liquores & gummi genera varia: mali etiam Medici singularis est. & eximia laus  
quo ex genere sunt cirri, item limonia, Amutia, que & aurea & Hesperica dicuntur;  
Eruuntur præterea ex fodinarum thesauris terrarum genera complura, bolus, terra  
lemonia, creta Melitensis, ambra, itemq; gemme & metallū a; quorum omnium usus je-  
junio potissimum, aut alioqui bacno beniticulo, decerni oportet, ex liquore convenienti  
stillatito Bethonica, caliba, scordij, aut kino odorato.

41. Ex compositionibus primas tenet theriaca, que bel haustas bel ore dunt axat res-  
tentia, seu ventriculi atq; cordi regioni, aut carpis ipse, & cuius aliori parti illata, aut  
admodum ferunt exstinctum penē aut inter mortuum natum calorem in st aurare, pri-  
cipesq; partes omnes mere corroborare, actis eiā inspirati circumfusq; viscum alterare  
& immutare, internamq; corruptionem omnem prohibere, Galen, de theriaca ad Pisonem,  
qua indubie vera esse pauci credunt, & mihi nec aum experiri licuit. Potentius ne dis-  
sipentur aut ebanescant spiritus, si sua cobibet, obstatq; confessio de Hiacyntho, sicut &  
di aescordium Fracastorij, ergo adeo ipsum firmissimo praesidio munit, & præsertim si sali-  
bus Chemicorum, quipræ multis alijs insignem penetrandi, exciddandi, & putredinem  
tollendi vim nacti sunt, ut absynthij, scordij, centaurij, cardui benedicti, zinziberis  
sale cordia Ciceronia, sale coronum cerbinorum solat, animentur, Liliū & Elixir An-  
timonij

timoniij similiter diaphoreticas sunt, & ad pluviosos morbos convenientissima, cum tamen  
ne habitu propinata, & insigne Essentia ejusdem testimonium apud Paracelsum pas-  
sim legitur lib. 2. Chirurg. mag. Tract. 3. c. 9. s. 8. lib. 2. archidoxor. lib. 2. de con-  
tractu. 3. quod radicibus ebullat auferendum, & quicquid contaminat humanum corpus  
emendando, hoc in supero usq; sanitatis gradu purificet penitusq; delectat.

42. Horsum & ex Pharmacopolijs pertinent haut parum multas, quorum alia aliis  
facultate, virtibus minor a major abe, ut confessio latifrons Rhatis, Galeno antebac falso  
attributa, Diamargariton utrumq; & si quis alias sunt Cardiacae compositiones; quo ex  
genere consentur Trochisei & capura, alijs & Moschata, ac similes multitudine innu-  
merabiles, que quidem tum adsumta, tum suffit & excepta, cor & reliqua viscerare resciunt,  
ac validissime roborant, os item, corpusq; totum odoris suavitatem perfundunt.

43. Interea & viscerum naturalium, Epatis preseruum & ventriculi incunda est  
ratio, ne continuato necessarij refrigerij usu satisficiant aut priore fugato, nodus induca-  
tur affectus: proinde auxilijs modice adstringentibus & calorem istorum viscerum ro-  
borantibus atq; foventibus, que tamen facultate aperiendi destituta non sint, post cotidie  
corporis evacuationem utemur: cui rei multis modis formata Phlegmacea inserbitur;  
quorum censum quia Medicorum scripta abunde suppeditant, hoc loci pauca annotare  
tantum voluiimus, uti sunt Trochisei de ablyntio, de rosis, aromat, rosat, diarrhoeo,  
alb, quin & cichoracea omnia, pro vario nimurum vel pituita, aut bilis dominio, ipso  
rumq; adeo membrorum dispositiones: Chemica schola spiritu Vitrioli, &c. salis qui etiam  
stirim, quidam sal alias excitare solet, repellit; itemq; Elixir proprietas Paracelsi, in quo  
virtutes omnes balsami naturalis existunt, & virtus conservativa sensus amplius, quam  
ad signare sit licitum, Epaticum similiter & stomachicum Quercitani prolixè, nec sine  
causa commendat; quin nec pars viscerum obtinent flores, Rubinus & lac sulphuris, ubi  
& spiritus acidus ejusdem; lapis quoq; Prunelle correctus, acrimonieq; expers, quem aq  
lii glaciem Paradys & anodynnum minerale, obleniendi dolores singularem potentiam  
appellare solent.

44. Eodem patto & symptomatum aliorumq; affectuum tum praesentium, praesene-  
te morbo, tum illo ferè debito, adhuc luxuriantium, cura negligenda nullatenus erit;  
siquidem alios obscuruisse, alios vertiginem, oculorumq; intolerabilem per interballa  
recurrentem dolorem satis diuisisse: alios alijs atq; alia corporis parte, ut ossibus, car-  
nibus, nervis, articulis etiam ipsis debilitatis; alios iugis & cibis, discirciam, alios renuncie  
morbos & nephritis tempus passos, partim ipsimet vidimus, partim ex & Etiomis & wv relatu  
intelleximus. Talia itaq; adhibenda sunt que istis malis methodice extirpandis pro-  
ficiunt rerum omnium ostendit magistra experientia. Atqui hac vix dum ex quadrireme-  
stri decubitu respirantes commentati sumus, eaq; recte judicantium consura subjicerem,  
ad eodam iis ansam porrigitur voluimus suarum observationum publicandarum, ne quod  
bulgus autem habet, morbum nobum, Medicis tam prisa quam modernis in-  
cognitum, nostro seculo, fatali quadam cæli resolutione adpa-  
ruisse, suo silentio & anquam calculo con-  
firment.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn729709434/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729709434/phys_0019)

DFG



decoctionis aut destillationis feniculi vel apij immiscemus; pars ad diaphoretica transfundum, ut quæ in corporis ambient, quamvis & hū circa morbi initium, in corporibus raro rum humorum molestia, legitime ut interdum expediat, ut purredinis vi hebet atur, retundit ut, ex q̄ adfecto corpore, ut noxam nullam, aut vix aliquam inferre queat; & exper vit, eos omnium celeri mē ex hoc morbo emerisse, qui prī diebus in sudores toto corpore profuentes proclives fuerunt decubuisse, quorum Naturæ neq; per se, neq; medicamentis, subierunt. Alexiteria autem dum spiritus vitales excitant, pires languidas sarcint, ac proinde vita principio robur a illud ad venenat, & materie expulsione erigunt & opem ferunt & hujus generis medicamenta credi par est naqdianæ quod, tanquam cordi familiaria, venena ipsa, viscus nobilitate divertio & avertit ab eis oppugnantia & demoliantur. In quibus tamē exhibendis certus modus esse debet, ut neq; manutent corpus gravius offendant, neq; præ exiguitate a quo & ambo inutilia sunt, nec consentanea.

40. Horum vero ipsorum alia simplicia sunt, alia composita ab animalibus, eorumq; partibus & excrementis, ut lapis maxime dextrum, ut quod Solino teste labor ad medelam sit effe & corde Alcis, quibus sibibis proximum ebur in tenuissimam sc̄item & Zibethum: à plantis insuper totis ut oxalide, trifolio, cibis etiam, lignis, corticibus, foliis, floribus & semenibus, quibus liquores & gummi generantur: mali etiam Medici singulare quo ex genere sunt curria, item limonia, Amurtia, qua & aurea Eruuntur preterea ex fodinarum thesauris terrarum generali, lemnia, creta Melitensis, ambra, itemq; gemme & metalli, aq; junno potissimum, aut aliqui bacuo beniticulo, deveni oportet fillatio Berthonica, caliba, scordij, aut hinc odorato.

41. Ex compositionibus primas tenet theriaca, que vel haun tentia, seu benitriciæ atq; cordis regioni, aut carpis ipsi, & cuius admota, seruit exstinctum penè aut inter mortuum natum cipesq; partes omnes mere corroborare, aeris etiā inspirati, care & immutare, internamq; corruptionem omnem prohibere, Gal que indubie vera esse pauci credunt, & mihi nec aum experiri, spēnentur aut evaneant spiritus, si sua cohibet, obſt atq; confederat aſcordium Fracastorij, corq; adeo ipsum firmissimo praefidio nlibus Chemicorum, qui præ multis alijs insignem penetrandi, extollendi & im nacti sunt, ut absynthij, scordij, centaurij, cardu ſale cordia Giceria, ſale coriaceum cerdinerum foliat, animentia



usur. exha- quia- xilio atur, stra- iticis simē laum umq; am- reme dicis, stan- inēt. liore ntur, etun- inum cerbis oschus radi- umas, laus, ntur, terras, fus jo- mienti catres, ea, aut , prim- literate IPison, ne dis- scut & q; sali- edinem tiberis, ir An- monij

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. T263